



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Augustæ Vindel., 1772**

Caput XVII. De ardenti amore, & vehementi affectu suscipiendi Christum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

C A P U T XVII.

*De ardenti amore, & vehementi affe-  
ctu suscipiendi Christum.*

V O X D I S C I P U L I .

I. Cum summa devotione & ar-  
denti amore, cum toto cor-  
dis affectu & fervore, desidero te  
Domine suscipere, quemadmodum  
multi Sancti, & devotæ personæ,  
in communicando te desideraverunt,  
qui tibi maxime in sanctitate vitæ  
placuerunt, & in ardentissima devo-  
tione fuerunt.

O Deus meus, amor æternus, to-  
tum bonum meum, felicitas inter-  
minabilis, cupio te suscipere cum  
vehementissimo desiderio, & dignis-  
sima reverentia, quam aliquis San-  
ctorum unquam habuit, & sentire  
potuit.

2. Et licet indignus sim omnia  
illa sentimenta devotionis habere,  
tamen offero tibi totum cordis mei

V                   affe-

affectionem, ac si omnia illa gratissimam inflammata desideria solus habet excellerem.

Sed & quaecumque potest p*ius e*  
mens concipere & desiderare, h*anci*  
omnia tibi cum summa veneratione  
& intimo fervore præbeo & offero.  
*Baptist*

Nihil opto mihi reservare, sed meum at  
& omnia mea tibi sponte & libentisponsi,  
sime immolare.  
*io ga*

Domine Deus meus, creator go m  
meus, & redemptor meus, cum inflam  
tali affectu, reverentia, laude & ho  
nore; cum tali gratitudine: digni  
tate, & amore; cum tali fide, spe Und  
& puritate, te affecto hodie susci  
pere, sicut te suscepit & desidera  
vit sanctissima mater tua, gloriofa  
virgo Maria, quando Angelo evan  
gelizanti sibi incarnationis myste  
rium, humiliter ac devote respon  
dit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi  
secundum verbum tuum.*  
*natura*  
*as vi*  
*rum o*  
*ab om*  
*ta cel*  
*me &*  
*menda*

3. Et

gratiss. 3. Et sicut beatus præcursor tuus  
us habemus excellentissimus Sanctorum Joannes  
Baptista in præsentia tua lætabun-  
dus exultavit in gaudio Spiritus  
sancti, dum adhuc maternis claudet  
ur visceribus: & postmodum cer-  
nens inter homines Jesum ambulan-  
tem, valde se humilians, devoto  
, sed meum affectu dicebat: *Amicus autem*  
*sponsi, qui stat, & audit eum, gau-*  
*dio gaudet propter vocem sponsi: sic*  
go magnis & sacris desideriis opto  
inflammari, & tibi ex toto corde me  
opsum præsentare.

Unde & omnium devotorum cor-  
dium jubilationes, ardentes affe-  
tus, mentales excessus, ac super-  
naturales illuminationes, & cœli-  
as visiones tibi offero & exhibeo,  
rum omnibus virtutibus & laudibus  
ab omni creatura in cœlo & in ter-  
ra celebratis, & celebrandis, pro  
me & omnibus mihi in oratione com-  
mendatis; quatenus ab omnibus dig-

388      *De Imitatione Christi*  
ne lauderis, & in perpetuum glori-  
ficeris.

4. Accipe vota mea Domine Deus Cun-  
meus, & desideria infinitæ lauda-  
tionis, ac immensæ benedictionis  
quæ tibi, secundum multitudinem fa-  
bentur.

Hæc tibi redbo, & reddere de-  
dero per singulos dies & momen-  
ta temporum; atque ad reddendum Quod  
mecum tibi gratias & laudes omnes tar S  
cœlestes spiritus, & cunctos fideles  
tuos, precibus & affectibus invito  
& exoro.

5 Laudent te universi populi  
tribus, & linguæ; & sanctum ad  
mellifluum nomen tuum cum sum-  
ma jubilatione, & ardentí devotio-  
ne magnificent.

Et quicunque reverenter ac devo-  
te altissimum Sacramentum tuum  
celebrant, & plena fide recipiunt  
gratiam & misericordiam apud a  
inve

um gloriavenire mereantur, & pro me peccatore suppliciter exorent.

ine Deus Cumque optata devotione, ac  
æ lauda fruibili unione potiti fuerint. & be-  
ictionis consolati, ac mirifice refecti,  
itudinem facra mensa cœlesti abscesser-  
e jure derint, mei pauperis recordati dignen-  
tar.

## C A P U T X V I I I .

Quod homo non sit curiosus scrutator omnium Sacramenti, sed humilis imitator Christi, subdendo sensum sacræ fidei.

## V O X D I L E C T I .

Cavendum est tibi a curiosa & inutili perscrutatione hujus profundissimi Sacramenti, si non vis in dubitationis profundum submergi.

Qui scrutator est majestatis, operari, quam homo intelligere potest